



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Frons, Oculi, Nasus, Aures.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

ignominia, & querent nomen tuum Domine. Ps.  
82. Humiliatio tibi sèpè expedit. Protector no-  
strer aspice Deus, & respice in faciem Christi tui.  
Ps. 83. Mitto Angelum meum ante faciem tuam.  
Luc. 7. Expulerunt in faciem ejus, palmas in fa-  
ciem ejus dederunt. Matth. 26. Non dedi ad pec-  
candum guttura mea. Job. 31. per intemperan-  
tiā. Quād dulcia fauibus meis eloquia tua!  
super mel orī meo. Ps. 118. Gustans gustavi pau-  
lulum mellis, & ecce morior. 1. Reg. 14. Jure  
sic suspirat voluptuarius. Dederunt in escam meam  
sel, & in siti potaverunt me aceto. Ps. 68, præ-  
dictum de Christo.

## Frons, Oculi, Nasus, Aures.

Peigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem  
quidem de Virgine. Quam enim partem ha-  
beret in me Deus desuper, & hereditatem omni-  
potens de excelsis. Job. 31. Hoc maximè consi-  
deret Ecclesiasticus religiosus, ut nequidem per  
intuitum mulieris sensualis in eo oriatur affe-  
ctus. Oculus non vidit, nec auris audivit, nec  
in cor hominis ascendit, quæ preparavit Deus iis,  
qui diligunt illum. 2. Cor. 2. Oculi mei defece-  
runt in salutare tuum. Ps. 118. Salutare est Chri-  
stus in Eucharistia, quem hic vides in enigmate,  
& coram quo desiderium ardens sèpè debes eli-  
cere, ut eum videas de facie ad faciem. 1. Cor.  
13. Sepi aures tuas spinis. Eccli 28. Timoris  
Domini. Cave sensualitatem nisi, nam erit pro  
suavi odore fætor. Is. 4. Nasus tuus sicut turris

468      *Pars secunda de elevatione*  
*Libani, quæ respicit Damascum. Cant. 7.* Sublongus rectus & acuto præditus olfactu, per quod innuitur sagacitas & solertia in detegendis & præcavendis hostium insidiis. Hanc habens Clientibus suis est pro sublimi & fidâ speculâ. Sicut Judæis spectabilis erat illa turris in altissimo monte Libani erecta, quæ respicit contra Damascum. Unde Judæorum speculatores statim renuntiabant, si quid novatum rerum à Syris juratis Judæorum hostibus tentaretur. Nolite nocere terra & mari, quoad usque signemus servos Dei in frontibus. Apoc. I.

*Lingua, Os, Labia, Genæ, Collum.*

**P**ronuntiabit lingua mea eloquium tuum, quia omnia mandata tua æquitas. Ps. 118. Lingua mea nequam noli audire, & ori tuo facio osias & seras. Verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos, & attende, ne forte labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi. Eccli 28. Indisciplinata loquela [gar]riendo quid pro quo ] non assuescat ostium; et enim in illa verbum peccati. Eccli 23. Sive in multiloquio non deerit peccatum. Prov. 10. Mors & vita in manu linguae, qui diligunt eam, comedent fructus ejus. Prov. 18. Percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum ejus interficiet impium. Is 11. Christus Antichristum. Erubabunt labia mea hymnum; cum docueris me justificationes tuas. Ps. 118. Os meum aperui, & atraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam. Ibid.